



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

280. An Clericus possit conuenire laicum coram iudice Ecclesiastico pro rebus non solum Ecclesiae, sed etiam pro fructibus? Et discutitur quomodo, & quando actor debeat sequi forum rei, Et quaeritur, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

## RESOL. CCLXXX.

*An Clericus possit conuenire laicum coram iudice Ecclesiastico pro rebus non solum Ecclesie, sed etiam profuitibus;*

*Et discutitur quomodo, & quando actor debeat sequi forum rei.*

*Et queritur, an possit fieri statutum, ut reus sequatur forum actoris?*

*Et an Emphyteuta Ecclesia possit conueniri coram Episcopo pro solutione pensionis?*

*Et an laicus possit conueniri coram Episcopo, ut soluat laudemium?*

*Et an in contractibus, quibus laici conducunt redditus Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, apponi possit iuramentum? Ex part. 5. tract. 1. Ref. 7.*

Sup. hoc in §. 1. **V**idetur negatiue respondendum, quia actor sequi debet forum rei, ex leg. in criminali.

*C. de iur. omni. iud. & ex aliis pluribus deductis ab utroque Barbosa, Augustino, & Simone, hoc in locis communibus lit. A. num. 29. illo in Axiomatibus iuris axiom. 10. n. 1. Sed pro rebus Ecclesie & Ecclesiasticorum laicum rem, conueniendum esse coram Ecclesiastico docet Olausus decis. 37. n. 7. & Valboa in lect. Salmat. ad text. cap. si Clericus laicum, num. 9. vbi sic ait: Communiter obtinuit sententia inter iuris Pontificij interpretes, quod hoc privilegium habeat Ecclesia, cum agitur de rebus Ecclesie, aut Clerici, siue actione personali siue reali aduersus laicum, poterit illum conuenire, siue coram seculari, siue coram Ecclesiastico, vbi voluerit, ita ut in electione actoris sit, quem voluerit eligere iudicem, si vero actione mere personali agatur, v. g. ex locato ad mercedem, in qua rei Ecclesie restitutio non veniat, tunc coram seculari conueniendus est laicus. Et ideo Ioan. de Hevia in Curia Philippica part. 1. §. 5. num. 10. sic asserit: [Pertenece al fuero Ecclesiastico las causas que se tratan sobre bienes y cosas de Iglesias, aunque sea contra legos reos.] Hac ille.*

2. Verum ego puto Clericum posse conuenire laicum coram iudice Ecclesiastico, non solum pro rebus Ecclesie, sed etiam pro fructibus, & ita docet Innocent. & Abbas in d. cap. si Clericus laicum, de foro compet. vbi firmant Clericum posse conuenire laicum coram iudice Ecclesie, vel suis siue agat actione reali, siue personali, veluti ex legato, vel locato, mouentur ex eo, quod etsi fructus prebende non sint quid spirituale, vt recte notat Felinus in cap. causam de prescrip. cum tamen a re Ecclesie dependeat, idem de illis iudicatur, quod de re Ecclesie, cap. si annum, de iudic. lib. 6. & ibidem Franc. & Ancharanus cap. Episcopi 17. quaest. 1. in cap. quia nos, de testamentis, vbi Episcopus non potest testari de fructibus ex agris Ecclesie perceptis, & sic dicunt nostri text. regulam euidenter succedere, & facit text. in cap. postulasti, de homicidio. Hanc etiam sententiam docet Belletus in disquisit. Cler. part. 1. tit. de favore Cler. reali. §. 5. num. 2. & sequent. Maceraten. lib. 1. resol. 49. nu. 9. Gabriel consil. 37. num. 10. Vulpus in praxi fori Eccles. cap. 27. num. 5. Gratianus tom. 22. cap. 238. num. 17. & alij penes ipsos, multas rationes adducentes pro hac firmanda sententia. Sed non desinam hic apponere verba Antonij Rippol. var. resol. cap. 1. de iuris d. omni. iud. num. 236. sic asserentis: Non solum ipsi Clerici habent privilegium trahendi ad suum forum Ecclesiasticum suos censuales & reddituarios, verum etiam & arrendatores predictorum fructuum, quia arrendatores fructuum Ecclesiasticorum habent idem privilegium, & ita fuit declaratum per Illustrem &

Sup. hoc in Rel. seq. & in Resol. 1. post seq. §. Confirmatur. & in tom. 6. tit. 3. Ref. 165. §. Et tandem & seqq.

Adm. Reuerendissimum Episcopum & Cancellarium Castellor. die 17. Martij 1567. in causa contentiosis ortu inter Curiam Ecclesiasticam Barcinone, & secularem Regentis Vicariam eiusdem in causa in Curia Ecclesiastica coepta ad instantiam Ioan. Benedicti Gatell, mercatoris arrendatoris fructuum, & emolumentorum Sacristie Maioris Sedis Barcinone contra Gabrielem Befora Ortelanum super solutione decimae cuiusdam pecie terrae, quam dictus Befora conductam habebat a Iacobo Ginabreda, & recusando dictus Befora soluere, firmavit ius dicto Gatell, tamquam arrendatori in Curia Regentis Vicarie Barcinone, & firmata contentione inter dictas Curias, fuit cum dicta sententia declaratum non esse locum firmae iuris factae in Curia seculari, sed dictam causam in Curia Ecclesiastica tractandam. Similis contentio fuit per eundem declarata die 16. Februar. 1570.

3. Confirmatur nostra sententia contra aduersarios ex legibus Regni Castellae lib. 2. noua collect. tit. 1. leg. 11. & 12. in quibus sancitum est vt in obligationibus & contractibus non apponatur iuramentum, ne contrahentes super re mere profana, ratione iuramenti se submitterent iudici Ecclesiastico, tamen vt obseruat Molina de iust. tom. 1. tract. 2. disput. 149. num. 15. in dictis legibus permittitur, vt in contractibus, quibus laici conducunt redditus Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, apponi possit iuramentum, & ideo apponam hic verba Ioannis de Hevia in Curia Philippica part. 1. §. 5. num. 33. vbi sic ait: [Por derecho real esta prohibido al lego renunciar el fuero secular suyo, ni someterse a Ecclesiastico en causas mere profanas, y a los eferuanos hazer semejantes sumisiones. porque por ellas se somete a el, y defrauda la iurisdiccion secular, y por lo mismo se prohibe a ellos en las dichas causas mere profanas hazer cotratos jurados aunque lo vno y el otro se puede hazer sobre rentas, y bienes de Iglesias, Monasterios, Prelados, y Clerigos por razon de ellas.] Sic ille.

4. Vnde Sacra Rota Romana die 28. Maij 1631. coram illustrissimo & amantissimo Domino meo Merlino determinauit emphyteutam Ecclesie posse conueniri coram Episcopo pro solutione pensionis, quam decisionem asserit, & sequitur amicus Antonius de Martinis quotid. resol. cap. 207. num. 4. Hinc docuit Burgius tract. de Laudemio part. 3. in specul. 1. n. 6. & seq. quod laicus potest conueniri coram Episcopo, vt soluat laudemium. Et tandem ad omnia supradicta stabilienda ponam hic per extensum rescriptum Alphonsi Regis datum in ciuitate Gaetae die 24. Augusti anno 1436. tenoris sequentis.

5. [Alphonfus, &c. Vicereges, &c. Nobilibus eiusdem Regni Siciliae, Magistro Iustitiario; & iudicibus Magnae Regiae Curiae, necnon Capitaneo; Praetori, iudicibus iuratis, ceterisque Officialibus vrbis Panormi, ad quos praesentes peruenierint, aut pertineant quomodolibet infra scripta praesentibus, & futuris Regis Consiliariis, familiaribus dilectis salutem. Cum Serenissimus Dominus noster Rex praedictus ad supplicationem suae Maiestati porrectam per Reuerendissimum in Christo Patrem N. de Tudichis Archiepiscopum Panormitanum prouiderit, & mandauerit sub hac forma: Alphonfus Dei gratia, &c. Nobilibus, Viceregi, Magistro Iustitiario, iudicibus Magnae nostrae Curiae Regni Siciliae ultra Pharam, necnon Praetori, Capitaneo, iudicibus iuratis, & Officialibus quibuscumque felicis vrbis Panormi Regni eiusdem, ad quos praesentes peruenierint, seu quomodolibet spectare noscantur, eorumque Officialium loca tenentibus, praesentibus & futuris. Consiliariis, familiaribus, & fidelibus nostris dilectis salu-

Sup. hoc in Resol. 1. §. 1. & in Resol. 1. §. 1. & in Resol. 1. §. 1. & in Resol. 1. §. 1.

Sup. hoc in Resol. 1. §. 1. & in Resol. 1. §. 1.

Sup. hoc in Resol. 1. §. 1. & in Resol. 1. §. 1.

tem & dilecti Nuper Nostrae Majestati porrecta supplicatio per Reuerendissimum Consiliarium & Oratorem Nostrum N. de Tudischiis Archiepiscopum Panormitanum continebat: Cum de iure communi fuerit & sit, quod saeculares personae obligatae Ecclesiis, Clericis, & spiritualibus personis ratione honorum eorum, possint coram iudicibus spiritualibus conveniri & per aliquos Officiales nostros in vrbe praedicta hic iuri contrauentum sit, nolendo, neque permittendo, ut hi qui sunt praemissa ratione Ecclesiis, Clericis, & spiritualibus personis, & signanter iurisdictioni Archiepiscopatus iam dicti obligati pro iuribus & bonis suis consentire, ut per Officiales praedicti Reuerendi Archiepiscopi constringantur, non aduertentes ad spirituales censuras, & alias poenas, quae contra violatores libertatis Ecclesiasticae, seu contra turbatores, ne causa de iure antiqua consuetudine ad forum Ecclesiasticum pertinere, introducantur à iure praedictae dignoscuntur, dignemur super praemissis de Nostrae Majestatis auxilio eidem subuenire. Nos itaque attendentes praemissas applicationes fore & esse iustas, & rationi consonas, licet aliis vobis scripserimus, & tradidissimus in mandatis, quod in iurisdictionem praefati Reuerendi Archiepiscopi tam quoad saecularis cuiuscunque conditionis, quam ad Ecclesiasticas personas nullo modo vos introumittere deberetis, vobis tamen de certa nostra scientia, & expressè ad abundantantiorem cautelam dicimus, & praecipiendo mandamus, quatenus visis praesentibus, omnes, & quaecunque personas obligatas, & obnoxias Ecclesiis, Clericis, & personis spiritualibus ratione honorum suorum, & iurium praedictorum per speciales Officiales ipsius Reuerendi Archiepiscopi compelli, & constringi iustitia mediante sinatis, & permittatis, & non contraueniantis, seu aliquem venire permittatis, si nobis seruire cupitis, cum sic iustitia exigente exigendum duximus. Nos enim eidem Archiepiscopo & eius Curiae ad abundantantiorem cautelam, cuique vestrum, contradictione non obstante, damus, & concedimus plenam potestatem per iuris remedia contra praedictos & alios, qui de iure, vel antiqua consuetudine in foro Ecclesiastico responderi tenentur, procedendi, cognoscendi, & decidendi, ac definita per eos debita executioni mandandi iubemus. Datum in ciuitate Gaetae 24. die Augusti anno à Natiuitate Domini mcccxxxvi. *Rex Alphonsus*. Ea propter vobis & vestrum cuiuslibet dicimus, & mandamus de nostra certa scientia, & expressè, quatenus Regiam prouisionem praesertam iuxta sui seriem, & tenorem eidem Reuerendo Panormitano Archiepiscopo, eiusque spiritualibus Officialibus, & Curiae teneatis firmiter, & obseruetis ac teneri, & inuiolabiliter obseruari faciatis, per quos decet, dubio & contradictione quibuscumque remotis. Datum in vrbe Panormi die 5. Octobr. anno à Natiuitate Domini mcccxxxvi. *Rogerus de Paruta. Baptista de Plantamone*. Domini Vicereges mandarunt mihi Benedicto de Pisano, Ex Regia Cancellaria Regni Siciliae extracta est praesens copia, fol. 69. & ex Regio Officio Protonotarij fol. 14.]

6. Igitur ex omnibus supradictis apparet non solum ex sacris Canonibus, & doctorum consensu, sed etiam ex ore ipsius Regis, saeculares obligatos Ecclesiis, Clericis, & spiritualibus personis ratione honorum eorum coram iudicibus Ecclesiasticis conveniri posse & debere; & idè quia Ministri Regij de hoc Abbate Panormitanum tunc nostrum Archiepiscopum contra ius inquietabant, Alphonsus Rex in illos per supradictum Decretum inuocatur, in quo id quod de iure Ecclesiasticis competebar, praecipit ut eis inuiolabiliter seruetur. Et idè tanti Re-

gis vestigijs inhaerendo, habent in hoc casu & similibus Principes laici praclarum exemplum Ecclesiasticam libertatem, ut par est tuendi. Vnde ex supradictis haecenus deductis inferitur nostram opinionem procedere contra Valboam & Olascum *ubi supra*, etiamsi agatur actione ex locato ad mercedem; nam si laicus potest conveniri coram Ecclesiastico, siue actione reali, siue personali ut ex legato; & locato, ut *supra* ex Innocent. & Abbate probatum est. Idem dicendum est si agatur ex locato ad mercedem, quia actio ex locato ad mercedem est personalis, ut tradit Felinus in cap. si Clericus laicum, de foro compet. num. 4. & ita hanc sententiam docet Bellettus in *disquis. Cler. part. 1. tit. de fauore Cleric. reali §. 5. num. 10.*

7. Restat modo respondere ad argumentum contrarium nempe actorem sequi debere forum rei, ad quod possit aliquis respondere, illam regulam pati exceptionem. Sed aliter respondit Valboa in *lecti Salmatic. ad text. in cap. si Clericus laicum, de foro compet. nu. 6.* existimat enim quod inter duo iuris principia ferè contraria medium rectè à Pontifice electum est, & constitutum. Alterum est actorem sequi forum rei, alterum verò Clerici bona patrimonialia fori priuilegio gaudere; medium ergo est, quando laicus probabiliter negare potest rem esse Ecclesiae, vel Clericis, tunc enim cognitio pertinet ad saecularem, seruata illa regula, quod actio fori rei sequi tenetur, id enim denotat text. *cap. si Clericus, ibi, Res proprias esse asseruerat*; asseruare enim est constanter, & verosimiliter affirmare, ut notatur in *l. quod asseruerat. C. de probationibus. sic Anton. & Cardinalis num. 9. Imola & Abbas num. 13. Alexan. de Neuo, & Felinus in principio. Olascus l. 2. ff. si in ius uocatus. Abbas lib. 1. var. cap. 4. num. 3. Menochius de re recuper. rem. §. num. 21.* prudens ergo iudex arbitrabitur, an laici negatio probabilis sit, vel non: nam si res verosimiliter temporalis est, pertinebit ad laici iudicis cognitionem; si verò Ecclesiastica, ad Ecclesiasticum, sic procedit text. *d. cap. si Clericus laicum*; cuius praxis proprie obseruatur in specie text. *in cap. final. de iudicis*. Cum enim ibidem laici à Religiosis conuenirentur super quodam officio saeculari, quod laici ad se pertinere asseruerant coram iudice saeculari, proposita fuit conuentio à Monasterio, quoniam cum laici probabiliter negassent ex eo, quod officium illud saeculare esset, debuit Monasterium, forum rei, sequi, ex textu nostro, & haec omnia docet Valboa loco citato. Vnde Rippol. in *var. resolut. cap. 1. de iurisd. omn. iud. num. 238.* Ex his aduertat Aduocatus, qui tuetur causam in Curia Ecclesiastica, quod curet ante omnia iustificare laicum solum esse soluere Clerico id, quod petitur, quia cum ratione possessionis competat iurisdictioni iudici Ecclesiastico in laicum, debet qualitas haec tribuens iurisdictionem, probari ante omnia, & de ea constare. Ita Rippol. Ex quibus omnibus patet responsio ad argumentum pro negatiua sententia adductum.

8. Non desinam tamen hic in gratiam curiosorum libertatis Ecclesiasticae obseruare potuisse Ecclesiam priuilegium, quod Clericis reis competit, extendere ad Clericos actores, non solum in casu, de quo superius loquuti sumus; sed etiam in omnibus aliis, ita, ut non tenerentur sequi forum rei pronocati laici, sed illum traherent ad forum Ecclesiasticum; & idè in facti contingentia frequenter Pontifices solent concedere rescripta, & priuilegia Clericis, ut in quacunque causa, etiam agendo contra laicum, ad forum Ecclesiae illum venire compellant. Vnde (& hoc à nemine obseruatum videri) prorsus reuellenda venit, seu potius delenda glossa in *cap. si Clericus laicum, de foro compet. ver. de consuet. Nec in contrarium posse*

posset quis adducere Bartolum in l. 2. ff. de iurisd. omn. ind. ubi proponit quaestionem, an fieri possit statutum, ut reus sequatur forum actoris? & respondet, Principem pro subditis posse tale statutum facere, non tamen posse pro subditis alienae iurisdictionis; ergo cum laicus in temporalibus non sit subditus iurisdictionis Ecclesiasticae, non poterit Pontifex illum compellere, quando reus est, ut veniat ad iudicem Ecclesiasticum. Sed respondetur quod haec Bartoli doctrina retorqueri potest pro nostra sententia: si enim princeps laicus potest inter subditos privilegium dare, ut reus forum actoris sequatur, poterit etiam Pontifex idem privilegium Clericis concedere respectu aliorum fidelium, neque obstat quod fideles laici non sint directe in temporalibus Pontifici subditi, nam sufficit quod subdantur indirecte, supposito quod spiritualis potestas sufficit ad disponendum circa temporalia, quando id exigit finis spiritualis, & ideo quoties Pontifex huiusmodi privilegia specialiter aliquibus concedit, non usurpat iurisdictionem temporalem, sed sua potestate superiori utitur, neque etiam reus cogitur comparere coram iudice alieno, sed ab vno iudice in alium transfertur causa per Pontificem habentem legitimam potestatem. Et haec omnia docet, & probat inter doctos Iurisconsultos Hispanos, doctiss. Valboa de Magrouieio in l. l. c. l. Salmat. tom. 2. ad text. cap. 2. de iudicijs, a num. 50. usque ad num. 55.

## RESOL. CCXXXI.

An laicus ratione fructuum Praebendae sibi locata, debeat conveniri coram iudice Ecclesiastico?

Et an pro bonis, & fructibus Ecclesiae possit laicus conveniri coram iudice Ecclesiastico? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 24.

Sup. hoc in Ref. praerita & in Ref. seq. Confirmatur, ante medium à vers. Adde. & in tom. 6. tr. 3. Resol. 167. lege doctrinam §. Et tandem.

Sup. hoc in Ref. 1. not. praerita, §. vnde Sacra. & supra in Ref. 279. §. 1. & in §. Ref. 3. an. not. praerita.

§. 1. **A**ffirmative respondet Marta de iurisd. part. 2. cap. 30. num. 5. ubi sic ait. Laicus ratione fructuum praebendae sibi locatae conveniri debet coram iudice Ecclesiastico, nec potest remissionem petere ad iudicem saecularem, ex Abbate in cap. si Clericus laicum, 1. not. col. 4. de foro competent. ubi habetur quod Clericus potest conveniri laicum pro rebus Ecclesiae coram iudice Ecclesiastico, & pro rebus suis, siue agatur actio realis, siue personalis, Ita Marta.

2. Et ex personali actione agi posse in iudicio Ecclesiae contra laicum, docet Valascus de iure emphyt. quasi. 39. num. 14. licet contrarium sentiat Gutierrez practico. 99. lib. 3. quasi. 26. num. 10. qui tamen concedit, tunc hoc servari posse quando probetur sic de consuetudine esse illius loci.

2. Non reticeam tamen Hostiensem & Innocentium in cap. cum sit generale, de foro competent. & ibi Butrium num. 9. Marianum Socinum num. 15. Felinum num. 4. docere, quod Ecclesia laicum ad suum forum trahere nequit, nisi quando proposuerit qualitates furti, vel violentiae: sed tu cogita, si haec doctrina valeat circa casum propositum, nam dum Ecclesiae non solvitur pensio tempore statuto, contra legem contractus, adest iniusta & violenta occupatio, & succedit doctrina Innocentij & aliorum. Igitur quando emphyteuta pensiones denegat, & non solvit, Ecclesiam priuat iure suo, eique violentiam facit. Ergo coram iudice Ecclesiastico conveniri potest, & debet. Et pro confirmatione supradictorum omnino vide Maceratensem variar. resolut. lib. 1. resol. 48. per totam, ubi ex multis probat, quod pro bonis, & fructibus Ecclesiae potest laicus conveniri

coram iudice Ecclesiastico, & praesertim si contraheant laici re utiassent fori privilegio, & iudici Ecclesiastico se submisissent; quod prohibere non potest Princeps saecularis, & si hoc prohiberet per aliquam constitutionem, talis constitutio non valeret, uti contra iurisdictionem, & libertatem Ecclesiasticam, ut recte observat Maceratenensis ubi supra num. 24. quicquid in contrarium asserat Osalcus decis. 78. num. 19. & alij.

Sup. hoc in Ref. praerita §. Confirmatur, in Ref. §. 1. & supra in alijs annotat.

## RESOL. CCLXXXII.

An ne laici conductores bonorum Ecclesiasticorum possint conveniri coram iudice Ecclesiastico, licitum sit condere Pragmaticam prohibentem laicis prorogationem iurisdictionis alienae?

Et an dictae leges prohibeant iuramentum apponi in contractibus, ne ratione ipsius prorogetur iurisdictionis Ecclesiasticae, sit etiam contra Inimunitatem Ecclesiasticam, & illas statuentes incurrant in excommunicationem Bullae Coenae?

Et notatur, quod de iure communi competit Episcopis ratione iuramenti convenire laicos in Curia Ecclesiastica.

Et supponitur, quod statuta laicorum, quae tollunt Clericis illa, quae de iure communi illis competunt, esse contra libertatem Ecclesiasticam, & aliqua alia supponuntur, & explanantur, & tandem quaritur, an Clerici possint convenire laicos coram iudice Ecclesiastico pro rebus Ecclesiae, vel suis; siue agatur actio realis, siue personalis; siue ex legato, siue ex locato? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 8.

§. 1. **V**idetur affirmative respondendum, & ideo in Regno Portugalliae & Castellae adfunt leges, in quibus prohibetur, ut in contractibus non apponatur iuramentum, ne ratione ipsius prorogetur iurisdictionis iudicis Ecclesiastici: quas leges defendunt Joseph. Sesse de inhih cap. 9. §. 3. Petrea de manu Regia part. 2. cap. 35. num. 2. Petrus Barbosa in l. 1. art. 3. num. 139. ff. de iudicijs. Osalcus decis. 32. num. 7. & decis. 78. n. 19. Gama decis. 247. num. 2. Cabebo tom. 1. decis. 32. n. 2. Carualius de iudicijs lib. 1. tit. 5. n. 1121. Guilielmus Bened. in cap. Raynuius ver. & uxorem, decis. 2. num. 53. de testam. & alij penes ipsos quibus adde Molinam de iust. tom. 1. tract. 2. disput. 149. num. 15. Rebellium part. 2. lib. 16. q. 2. num. 9. & Valboa de Magrouieio in praef. Salmat. tom. 1. cap. 3. de iudicijs num. 163. Et hanc sententiam in terminis docet Anguianus de legibus lib. 3. contron. 22. per totam.

Sup. hoc in pra in Ref. 280. §. Confirmatur, in fine Ref. 281. de inhih sol. 131. post motu lege à not. Non coram & alias Ref. & §. 66. tom. 1. not.

2. Sed his non obstantibus, ego in 4. part. tract. 1. resolut. 24. contrariam sententiam docui cum Mario Antonino var. lib. 1. resolut. 48. num. 24. Verum quia ibi more meo breuiter, & resolutorie hanc tetigi quaestionem, visum est mihi per extensum illam probare. Dico igitur praeter Maceratensem citationem, hanc sententiam docere Belletum in disquis. Cleric. tit. de favore Cler. person. §. 2. num. 26. ubi docet laicum posse prorogare iurisdictionem in Episcopum, neque ab eius Superiore posse inhiberi. Idem tenet Marta part. 4. cent. 1. cas. 92. num. 2. quibus adde Riccium part. 2. decis. 211. num. 5. & Guenensem in praxi Episc. cap. 12. num. 2. praedictum statutum esse contra libertatem Ecclesiasticam, & illud ferentes incurtere in excommunicationem Bullae Coenae; & ut haec opinio etiam rationibus fulciatur. Supponendum est primum statuta laicorum, quae tollunt Clericis id, quod eis competit de iure communi, esse contra libertatem Ecclesiasticam, ut patet ex cap. 208. hinc

Quae hic et Ref. antea dicit in fine

Sup. hoc in Ref. 1. not. praerita, §. 1. & in Ref. 208. hinc cum